

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. I. De principiis ad actus humanos spectantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

ARTICULUS I.

De Principiis ad Actus humanos in Genere
spectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Nihil volitum, nisi præcognitum.

Sensus.

Hoc est, quisquis non prius cognovit aliquo saltem me-
diobonitatem vel malitiam quampiam in objecto, quod am-
bitur, latere, ei non potest bonitas illa vel malitia ad lau-
sus peccatum & pœnatum, vel ad vituperium & pœnam imputari. Di-
ctum saltem modo: quia non claram & perfectam requiri
cognitionem colligitur ex iis, qui cum ignorantia culpabiliter
infectata objectum aliquod peccaminofum amplectuntur;
nam licet certò non sciant inibi latere malitiam, quia tan-
tas in confuso cognoscunt, & suspicantur, prohibitum esse
ad objectum, & ad certitudinem indagandam se obligari,
tamen huic suæ obligationi satisfacere student, ideo me-
nos sufficiens creditur hæc confusa cognitione ad hoc, ut talis
malitia illis imputetur, ut infra iterum ex alio axiomate
dendetur.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma 1. 2. q. 9. a. 1. Suar. d. met-
teft. 7. n. 4. Tann. to. 2. q. 2. n. 13. & 14. ubi conclu-
dit, solam Intellectus præcognitionem sufficientem & pro-
portionatam esse ad hoc, ut voluntas per illam moveatur; vo-
luntasque hoc axioma ab Aristotele 3. de anim. c. 10. primum
principium.

Ratio.

Quia, cum voluntas humana cœca sit, hoc ipso progre-
di ad prosecutionem vel fugam Objecti non potest, nisi ab
Intellectu velut Oculato Duce manuducatur, & dirigatur.
Unde

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui peccatum in se gravissimum committit, formaliter non contrahere malitiam, si nesciret, actum à se elicitum esse peccaminosum, uti communiter docet Theologorum sententia.

Deducitur 2. Eum, qui credit, actionem aliquam sive vinali duntaxat peccato esse prohibitam, non contrahere aliam, quam veniale malitiam, licet alioqui actio illa mortaliter sit peccaminosa, uti iterum unanimiter docent Theologi.

Deducitur 3. Eum, qui percussit Clericum, putans solum verberare, non incurrite Excommunicationem in Peccatores Clericorum latam, uti ex cap. Si vero 4. de Sententiis Excomm. colligitur.

*§. II.**PRINCIPIUM II.*

Non inest Actui Moralitas, si desit voluntati Libertas.

Sensus.

Hoc est, non censetur quis bene vel male egisse, atque ad laude vel vituperio dignus, si debita ad operandum Libertate careat, seu, quod idem est, non praecedat in differens cogitatio, quæ voluntatem expeditam relinquat ad agendum vel non agendum, vel ad agendum saltem contrarium.

Authoritas.

Desumptum est ex ipsa S. Scriptura Eccl. 31. Beatum Laudabilem dicente eum, qui potuit transgredi, & non ei transgressus facere mala & non fecit. Et confirmatur unanimiter à Theologis & Philosophis.

Ratio.

Quia qui ad unum determinatus est, agitur potius, quam agit.

glarque adeo tam parum laude vel vituperio dignus censeri potest, quam parum laudabilem dicimus lapidem, si ad contrarium feratur; vel è contrario vituperabilem censemus, si contra naturalem inclinationem sursum projiciatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etsi Dæmon nonnunquam ad turpis in objecta animo volvenda Hominem impellat, neutquam tamen hanc peccare, si voluntariè illis non inhæreat; qui non nocet sensus, si desit consensus, ut cum S. Bernardo com-

mittunt docent SS. Patres.
Dedicitur 2. Eum, qui ad opus aliquod faciendum obligatus, nullam ex sua parte negligentiam committit, sed contra voluntatem suam ab obligatione tali implenda impedit, non debere ob talem omissionem, culpe aut poenæ ob rem censi; nam, uti in l. 6. de cr. c. ult. reg. 41. dicitur, non debet imputari ei, per quem non stat, si non faciat, quod cum fuerat faciendum.

Dedicitur 3. Non esse peccatum, si cui in subita appre-
hensione objecti turpis ante rationis animadversionem exci-
piti appetitus commoveatur, talis enim motus cum primò
causus sit ob libertatis defectum culpa caret, uti docet cum
Sanchez. l. 1. c. 1. n. 19.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Nihil consensui tam contrarium est, quam
vis & metus.

Sensus.

Hoc est, quandocunque violentia infertur, aut metus gra-
dus intrinsecus (nam intrinsecus ex causis naturalibus prove-
sus non obstat) cadens in constantem Virum (qualis est
metus mortis, Carceris diuturni, amissionis magnæ par-
tium, bonorum, gravis indignationis, aut infamia) alicui in-
quiritur ad consensum illius in materia de se non illicita, ac
contractus humanos, pacta ac vota pertinentे extorquen-
dum;

dum, non censetur verè consensisse, etiam si oretenus se videnter præferat. Dixi autem 1. *In materia de fœno illicito:* quia si illicita sit, tum hoc ipso, quod peccatum sit malum omnium gravissimum, Prudentia dicit metum illum gravem metu hujus gravioris mali superandum esse, arque alio non excusabitur à peccato, qui contra hoc Prudentia delinquit. Dixi 2. *In materia ad contrahitum, usus, & pœna pertinente:* quia, ut recte P. Gobat tr. 2. de Bapt. n. 29. advertit, si loquamur de actibus distinctis à Pacis, iij necesse ex Natura rei, neque ex ullius Legis dispositione sunt invalidi, quia scilicet possunt esse adhuc simpliciter voluntarii, secundum quid sint involuntarii, ut cum S. Thoma 1. 2. q. 70. a. 6. & 7. communicer docent Theologi.

Authoritas.

Desumptum est ex le. nihil consensui. 117. ff. de regis. Item ex le. 39. cod. tit. illudque explicat Decius in reg. & approbat communiter Theologi.

Ratio.

Quia cùm in tali casu metus sit causa hujus consensus privati, meritò leges, quae humanæ fragilitati condescendunt, permittunt reficendi ejusmodi Contractus (si is, qui metum passus est, velit) aut omnino invalidos fuisse declarant.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui metu mortis contrahit matrimonium, non obligari ad standum contractui, ut in cap. Veniens. & cap. Cùm locum 14. de Sponsalibus definitur.

Deducitur 2. et si metus absolutè gravis non sit, sed respectivè duntaxat in ordine ad fragilitatem talis Personæ, quæ facilius deterretur, irritabilem fieri contractum: Sanchez & multi alii apud & cum Lugone d. 22. n. 133. docent; quia quod operatur metus gravis in viro robusto, haec metus minor in Persona timida operatur, ergo eodem modo unius ac alterius est occurrentum.

Deducitur 3. Eum, qui metu mortis consentit in Baptismum, validè baptizari, si verè habuit intentionem baptizandam.

ut se considerandi, uti P. Gobat l. c. decidit, quia in tali casu non
est non ius de contractu humano, aut pacto &c.

§. IV.

PRINCIPIVM IV.

Vani Timoris nulla est excusatio.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis levi duntaxat metu (id est, non
in constantem virum) adactus committit scelus, vel
cum sibi aut alteri noxium init, non potest se metus
exceptione à culpa aut obligatione restitutionis tueri.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 184. ff. de reg. Jur. item ex le. Si
ff. de re judicata. illudque refert & explicat Decius
eg. 39.

Ratio.

Quia, cum talis metus levis esse supponatur, meritò ju-
nior à quo vis facilè superari potuisse, atque adeò nec vo-
tum secundum quid tollere. Certè si cogeremur actio-
nibus instituere juxta normam rationum levium & fu-
mum, etiam in casu, quo non occurrunt in contrarium aliæ,
qui meum
arant,
causas multò miserrimi, ut rectè P. Gobat tr. 7. n. 212. ad-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Preces importunas sine minis aut me-
ritiali non obstat, quod minus validè matrimonium
vahatur, uti Lugo d. 12. de Just. n. 4. cum Tann. Vasq.
et pluribus aliis docet.
Deducitur 2. Etiam vota facta ex metu levì valida esse,
cum iuscitatur injustè talis metus ad votum extorquen-
ti communis sententia Theologorum apud & cum Bu-
num l. 3. c. 3. tr. 2. du. 2. docet.
Deducitur 3. Contractus levi metu initos in foro exter-
nus quidquid sit de foro Conscientiae) semper ut validos ac-
cipi debere, usi docet communis Theologorum.

Gg

§. V.

§. V.

*PRINCIPIUM V.**Ignorantia Facti, non Juris excusat,
Sensus.*

Hoc est, quando aliquis facti alieni ignorantiam problemat, & non omnino supinam habet, & ex causa hujus ignorantiae errorum aliquem, aut culpam materialem admittit, non potest in tali casu culpa ei adscribi; secus sentendum licet, si ex ignorantia Juris manifesti culpam admisisset, auctoritatem, tum enim omnino haec ei obessent ad acquirendum commodum, non tamen ad damnum rei suae amittenda, *Canis. in cit. reg. ait.*

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. Decret. c. ult. reg. 13. Item Ie. Juris 7. ff. de Juris & Facti ignor. ubi dicitur: Error facti in maribus quidem in damnis vel compendiis obedit; jure autem error nec Feminis in compendiis prodest. Ceterum omnibus juris error in damnis amittendae rei suae non nocet. Illud insuper referunt, & explicant Canisius & Decius in cit. reg. Juris Pontif. & Barbosa axiom. 113. cum multis aliis. *Ratio.*

Quia, cum jus finitum sit; adeoque ab omnibus intelligi, aut saltē peritiōes de eo consuli posse pr̄sumatur, ne pr̄ritō nullam excusationem asserre illius ignorantia dicatur; secus se res habet in facti alieni ignorantia, hoc enim, cum ad multiplex, & quasi infinitum sit, facile etiam prudentissimo quemque fallere potest.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam in factis propriis excusat ignorantiam, si factum sit valde antiquum, in quo sit verō in oblivio; vel quando est valde intricatum, & obscurum; vel circūlis, qui fecit, multis negotiis implicatus est; vel in extremis causis laborat, uti Barbos. axiom. 113. n. 3. & seq. docet, cum multo calius tis aliis.

Deducitur 2. Clericum, qui ab Episcopo excommunicato ignorans Ordines suscepit, posse dispensationem à suo fidei sanctorum p̄fici.

Episcopo obtinere, uti in cap. Cum Clericis. 2. de Ordinariis Episcopo habetur.

Deducitur 3. Euni, qui per ignorantiam facti solvit id, quod naturaliter debitum, sed civiliter indebitum erat, posse repetere; secus, si per ignorantiam Juris solverit; uti in Caput quis 10. C. de Jur. & Fact. ignor. dicitur.

§. VI.

PRINCIPIUM VI.

Scire, & scire debere paria sunt.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis obligatus est ad rem aliquam inquidam, & sciendam, tum, et si eam ignoret, perinde responsibilis habetur, ac punitur ob effectum ex tali ignorantia consequutum, ac si re ipsa scienter talem effectum proferret; sicutem quoad Forum externum, in quo presumitur obiectum, sicut cognitio, nisi contrarium probetur.

Authoritas.

Defumptum est ex Ie. quod. te. 5. ff. de rebus creditis. Iudeus in monte. Si duo. 38. ff. de acquir. hered. illudque approbat, multis aliis. Bartol. axiom. 174. cum aliis.

Ratio.

Quia nemo presumitur malus, nisi probetur; ergo nemo presumatur, neque presumitur negligens fuisse in re, quam debebat scientia dicenda. Adde, quod hoc ipso, quod talis sciverit, secundum cuius ad inquirendum de re, quam scire debet, jam quandoconfusè eam cognoscere censeatur, atque adeò eandem ignorare dicetur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui munus aliquod suscepit, nec verofaciat, cum posset, studuit scire, quæ pertinent ad tale munus, scorum, non excusat à culpa, si ob ignorantiam varios errores & in extremis causar, uti Busenbaum l. 4. c. 3. a. 1. cum Lugon. Bonet cum aliis docet.

Deducitur 2. Rusticum, qui non interrogavit, an sequentia domande esset dies jejunii vel festus, non excusari à pecunia à suo animus illi dictaverat, esse interrogandum, uti communiter docent Authores.

G g 2

De-

474 *De Principiis generalibus*

Deducitur 3. Eum, qui accedit ad mulierem, dubitans
num sit sua, non excusari ab Adulterio, si Mulier illa non
fuerit uxor illius, uti Bonac. d. 2. de peccq. 8. pu. 3. n. 12.
Vasq. Sanch. & alii docent.

§. VII.

PRINCIPIUM VII.

Non sunt facienda mala, ut eveniant bona,

Sensus.

Hoc est, non licet actionem ex natura sua illicitam diligere
velut medium ad bonum aliquem finem consequendum.

Authoritas.

Defumptum est ex S. Scriptura ad Rom. c. 13, & et co-
Super eo 4. de Usuris, illudque approbat & defendit Bartol.
axiom. 141. n. 3. cum pluribus aliis.

Ratio.

Quia velle malum est absolute peccatum; atqui intentio
per quam aliquis actionem malam dirigit ad bonum finem
non impedit, quod minus verè adhuc dicatur velle talen-
tationem malam, ergo nec impedit, quod minus peccare
care autem semper est illicitum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non esse licitum adhibere Sortileg.
ut Fures cognoscantur, & per horum punitionem quiete
publicæ conservetur, uti ex cap. 2. de Sortileg. colliguntur.

Deducitur 2. Non esse concessum, ut aliquis pro vita
terius redimenda usuras exerceat, uti in cap. Supere o. 4.
usur. deciditur.

Deducitur 3. Non licere mendacium etiam minimum
committere; ut per illud mala gravissima à Regno quopiam
aut integro Mundo avertantur, uti in cap. Non arbitrii
22. q. 2. dicitur.

§. VIII.

§. VIII.

PRINCIPIUM VIII.

Actus Agentium non operantur ultra eorum intentionem.

Sensus.

Hoc est, si ad bonitatem vel malitiam, vel essentiam alius actus requiritur intentio ipsius Operantis, non potest de bonitate vel malitia plus illi adscribi, quam quantum per suam intentionem appetere voluit.

Authoritas.

Deflumpum est ex le. Non omnis. ff. Si certum petetur. approbat illud Barbosa axiom. 12. cum communi aliorū.

Ratio.

Quia actus non potest subsistere sine substantia, ut colligunt ex cap. Tua nos. 26. de Sponsal. ergo cum ad substantiam actus etiam ipsam intentionem requiri supponatur, non potest maiorem valorem fortiri, quam quousque se Intentio extendit.

Praxis.

Deducitur 1. Eum, qui dic jejunij delectatur esu carnis imaginariè tantum, non violare jejunium, nec peccare, cum præceptum positivum per se non extendatur ad internos, hic merito locum habet principium adducendum.

docent Diana p. 1. tr. 9. ref. 37. Laym. & alii.

reducitur 2. Sacerdotem non consecrare Hostiam, quæ consilio intra corporale posita est, ut docent Coninck. 3.

74. 2. 2. du. 3. & alii apud & cum Busenb. l. 6. tr. 3. c. 1. ref. 2.

Deducitur 3. Eum, qui Verbo tenus promittit Puellæ

animonum, non habens animum sese obligandi, probatur non obligari ex justitia, quia jus non confertur solis verbis.

sed maximè voluntate & intentione, quā quis jus, quod abdicare intendit; obligari tamen ex fidelitate, quia nullus potest est verbis externis promittere, & nolle se obligare ex virtute fidelitatis ad promissa reddenda. uti do-

§. IX.

PRINCIPIUM IX.

Voluntas pro opere reputatur.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis re ipsa habet voluntatem et non
cum aliquod opus faciendi, tum, et si ab eo perficiendo
contra voluntatem suam impediatur, perinde apud DEVVM possidetur
miabitur aut punietur, ac si opus ipsum præstisset; nisi ipso
specialis in ipso opere ponendo difficultas superanda sit, atque super
quam speciale à DEO præmium promissum sit, ut in Mappo & m
rio videre est, ubi utique Laureolam Martyrum non obtem
bit, qui solum habuit desiderium, licet efficax, sanguinem
pro Christo fundendi.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Matth. 5. ubi Christus dicit:
xir: *Omnis, qui videris mulierem ad concupiscendam eam, immo
mochatus est eam in corde suo.* Estque conforme commando
ri Theologorum sententiaz neganti per actum externum au
geri moralitatem actus. Imo etiam in Foro externo locum
eam habere colligitur ex le. Si quis. C. de Episc. Item ex le.
Is. 7. C. ad le. Corn. de Sicariis; eamque communiter doc
tri à Doctoribus, testatur Schneidewein l. 4. tit. 1. §. Sed eti
n. 7. ubi tamen ex Baldo notat, istam regulam quidem de re
gore Juris veram esse, sed per consuetudinem non observari.

Ratio.

Quia cum tota libertas agentis circa actum interuen
tum præcipue versetur, hoc ipso etiam moralitas tota in ipso respondeat illi
dare censemur; unde hic præcipue locum habere videtur de voluntate
actum illud le. In convent. 219. de verb. sign. Voluntas
omnibus dominatur.

Praxis.

Hinc deducitur r. Eum, qui voluntariè consentit in
actum luxuriosum, si occasionem haberet, coram DEO

& alii opus esse luxuriæ, in quam consensit; uti ex cit. c. 5. Matt.

alligatur.

Deducitur 2. Illum, qui efficacem habet voluntatem
ad elemosynam, si haberet, misericordiae præmium æ-
di DEO acceptum, atque si re ipsa dedisset, quemadmo-
n. & Augustinus super Psalm. 109. testatur dicens: *Si potes*
re ipsa: si non potes, affabilem te fac; coronat DEVS Volunta-
tum, ubi non invenit facultatem.

Deducitur 3. Eum, qui vult DEUM infinito amore dili-
citem effici, non hoc ipso actum insinuatæ dignitatis & valoris eli-
ciendo conatur, tum quia plerumque hic actus est simplex complacen-
tia DEVM promulgarat; tum quia si actu ipso deberet poni actus exter-
ser; plurime respondens illi interno, nova adhuc, eaque gravis diffi-
culta sit, cum superanda foret, quæ novam utique iterum laudabili-
tati in Matus & moralitatis intentionem causaret.

ARTICULUS II.

Principiis ad internam Actuum humano-
rum Regulam, seu Conscientiam
spectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Quod non est ex Fide, peccatum est.

Sensus.

Hoc est, quandocunque aliquis actionem aliquam pera-
pet vel omittit, quam Conscientia (quæ nihil aliud est, quam
suum intellectus indicans, quid licitum vel illicitum sit)
in ipso res vel illicite peragi, vel omitti, committit illius speciei
evidetur peccatum, quale conscientia apprehendit, etiamsi illa actio
Voluntatis alioqui minimè peccaminosa sit.

Authoritas.

Desumptum est ex Epistola S. Pauli ad Rom. c. 14. illud-
approbant, & sic explicant communiter SS. Patres, teste
librarium l. 1. tr. 1. c. 1. resp. 2.

Gg 4

Ratio